



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Spes & Fiducia, Cbris Ivdiciisqve Dei, Erga Homines In Hac  
Vita Existentes, Firmata**

**Stengel, Georg**

**[S.I.], 1645**

§. 5. Desiderium S. communionis, communionem mereri ostendit S.  
Laurentius Iustinianus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49823](#)

146 Cap. VII. De reali; seu sacramentali,

eius accessit; & proprio ægtū nomine com-  
pellans: *Hic est Agnus*, inquit, *quem tibi da-*  
*ri petebas*, *quem & propter bonum desiderium*  
*suscepisti: cuius etiam virtute consequeris utri-*  
*usq; hominis sospitatem.* Cum dicto, manum  
per vulnera ducebat, eumque jubebat ex-  
templo sanum ad cæptum opus redire. Pa-  
tuit hinc, vnde desperatis speranda sit me-  
dicina; & quid agendum sit, confiteri, aut  
communicare non valentibus. Optent ani-  
mo, amoreq; Dei ( quem tam bonum Con-  
ditorem, Redemptorem, Patrem offende-  
runt ) peccata confiteri, votoque cupiant  
secum iungi Christi corpus, quod re ipsa nō  
possunt adipisci. Quæ spiritualis est commu-  
nio, à Sanctis quotidie frequentata; & verò  
etiam maximis prodigijs usurpata, non so-  
lùm, cum mors instaret, sed tota etiam re-  
liqua vita. Cuius rei docendæ magisque,  
inter homines, promouendæ caussa, non  
pigebit, complura eiuscmodi exempla, sa-  
lutaribus documentibus interspersis, com-  
memorare. Ars est saluberrima; sanctissi-  
ma praxis. §. V.

Thom.  
Bozius  
lib. 15. de

Desiderium S. communionis, communionem  
mereri ostendit S. Laurentius In-  
stinianus.

De Laurentio Iustiniano Venetiarū Patriarcha, qui vixit Eugenio IV. sedente, hæc leguntur. *Sacra virgo quadam erat magna sanctitatis; hæc, per multos annos, abstinentia, vigilijs, orationibus steterat ante Dominū: Accidit autem, ut solennitate corporis Christi, neque sorores aliae, neque ipsa communicare diuinis mysterijs possent, & cum ægrè ferrent, & illa imprimis sanctissima mulier, oratum Laurentium mittunt, quia prope esset monasterium, ut, si gratiam communicandi, eo die, habere non possent, ipse saltem dignaretur, dum celebraret, pro ancillis suis orare: promittit Laurentius, dum autem celebraret ad populum, post elevationem, factus est extra scipsum, de tulitq; eum spiritus ad illam mulierem in cellā clausam, & contemplationi vacantem; quæ forte tunc miro desiderio communicandi tenetur, & sacra illa mysteria communicavit, sive in corpore, sive extra corpus, Deus scit; ab oculis quidem totius populi non discessit, donec ad se ipsum reuersus ab illo pietatis officio reliquum missa peregit. Hæc sunt verba scriptoris, ex eadem gente Iustiniana prognati, ac patritij Veneti, huius desiderij sancti usum & fructum ostendentia. Nimirum quia amans suarum ouium Pastor Christus, etiam cor-*

Signis  
Eccles. &  
4. ex Ber  
nardin.  
Iustin. in  
vita eius.  
c. 8. apud  
Sur. 8.  
Ian.

148 Cap. VII. De reali, seu sacramentali,

pore simul vult pluribus, quantumuis di-  
stantibus, adesse, fecit etiam ipsum plurib'  
simul esse in locis Patriarcham: atque, vi-  
desideria tantæ pietatis propagaret, vel ipsa  
miracula multiplicauit. Desiderat nimis  
& Christus esse cum ijs, à quibus se vide-  
desiderari. Eo autem præsente, quid deesse  
potest; cum in illo sint omnia? Antigonus

Plutarch. II. pugnaturus contra Ptolomai duces, cum do-  
in Antid. xisset gubernator, multò plures hostium esse na-  
ues; Me ipsum præsentem (inquit) contra quo-  
naues opponis? Contra quot hostes no-

Christum non opponemus; si quidem illu-

Thom. de præsentem habeamus? Habemus autem,  
Kemp. lib habere volumus; si dicimus: Desidero nunc  
4. cap. deuotè ac reuerenter suscipere: cupio in-  
3. domum meam inducere, quatenus cum Zal-  
chao merear à te benedici, ac inter filios Abra-  
ha computari. Anima mea corpus tuum con-  
cupiscit, cor meum tecum uniri desiderat.

§. VI.

Desiderio SS. Eucharistiam attraxit Mo-  
nachus:

Cæsar. lib Magnes ferrum, ardens voluntas Deu-  
9. c. 37. atrahit. Cuius etiam exemplum Bernard  
de Lippa, prius Liuonie Abbas postea  
piscopus, retulit, de quodam recens fidei